

**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi  
Et Benè Moriendi**

**Balde, Hendrik**

**Ipris, 1689**

59. Cap. De pœnis Inferorum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56447](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56447)

Interea Deus tibi minatur, atque ait: **ō homo, quisquis es!** ego te in flaminis detrudam nunquam extinguendas, nisi quod præcepi, bonum perficias, nisi fugias, quod vetui malum: tu vero, ne que bonum amplecteris, neque malum devitas,rides & jocaris, vitamque agis tam perversam, ac si nulla post hanc vitam subeunda tibi forent tormenta.

Hunc tuum vivendi modum deploras. **Augustinus hisce verbis (a) Timent cruciatum temporalem, & non timent pœnas ignis eterni; timent modicum mori, & non timent aeternum mori.**

Enim vero, vel rationis usu, vel fide destitutum esse te, manifestum indicium est. Vix enim fieri potest, ut bene quis credat, qui male vivit.

Is vere credit, qui, quod credit, in actum deducit, & qui sic vivit, ut in virtutum exercitium toto pectore incumbat,

## CAPUT LIX.

*De pœnis Inferorum.*

**I**Nferorum ignis non modo corpus, verum & animam urit.

(a) *Serm. 18. de verb.* Quæcunque

Quæcunque Decij, Maxcentij, Nerones,  
Diocletiani invenere tormenta, ea omnia  
in illo igne patiuntur damnati.

Finge nullum apud inferos esse ignem,  
quo reprobri crucienter, sed æternum fo-  
lunmodò dentium dolorem; equidem  
omnibus divitijs, delicijs, atque honori-  
bus libenter renuntiarent, ut eo liberaren-  
tur cruciatu.

Nemo mentis compos illecebrofis car-  
nis voluptatibus frui, aut regni gubernationem, imo ne totius quidem orbis do-  
minium admittere vellet eâ lege, ut vi-  
ginti aut triginta priùs annis in molli-  
lecto, Rosis, Violis, alijsque herbis odori-  
seris consperso, immotus diù noctuque  
decumberet.

Attamen tu inter sulphureas tenebras,  
spissamque caliginem in lecto flammis,  
bufonibus atque colubris refertissimo æter-  
num torqueri paratus es, ut aurum argen-  
tumque conquiras, ut ad honores, digni-  
tatesque eucharis, ut brevi, fædâque car-  
nis fruaris voluptate.

Dixeris quidquid lubet, amens es, nisi  
animum mutes, & cum Demosthene dicas:  
*ego tanti penitere non emo.*

Vix ad unum alterumve momentum  
perferre vales ignis scintillam in manus  
incidentem,

incidentem, imo ne pulicis quidem morsum; quomodo ergo, qui ad eò teneres, æternæ tolerabis incendia? *Quis* poterit, inquit Propheta *Isaias* (a) habitare de vobis *cum igne devorante?* *Quis* habitabit ex vobis *cum ardoribus sempiternis?*

Alij, si lubet, insaniant; tu sapiens esto ac prudens, & præ omnibus cole ac castima virtutem, & quasi à facie colubri fuge peccatum, ut æternas aliquando pœnas evadas.

## CAPVT LX.

*De alijs inferorum pānis.*

**T**ot fæda & gravè olentia post supremi judicij diem apud inferos erunt corpora, quot ibidem futuræ sunt animæ. Non aliter illa, quam purulenta emplastra inter se cohærebunt, & hæcum instar in vase se mutuò prement.

Fætor, qui ex illo damnatorum carcere emerget, erit intolerabilis. Corpus vel unicui ab inferis in terras adductum ad totius aëris corruptionem, omniumque piscium, avium, animantium, atque hominum interitum sufficeret, ait *S. Bonaventura.* (b)

(a) *Dicta salut. c. 39.*

Satiūs